Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38173
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



3 deterret

duo sunt, quae me ab hoc opere maxime deter
rent. unum, quod huic oneri me impar reppe
rio, presertim cum nulla sim scientia liberalium
artium oblectus. nec syllogismorum scematumque, ac
troporum figuris ornatus. licet aliquid p̄libasssem.
nec iam flore uberis scientiae fultus. sed indoctus
eloquio exsors elogio. aliud, quod tanta obscuritas
te obnubilatur. ut mihi uix aliquid inter lucere
uideatur. Unde miror, quare tantus uir. nec solum
sapientia artium indeptus, uerum etiam sacrarum
scripturarum diuitias nactus, ut merito illud epita
lamium decantare gratulabundus ualeas. introduxit me rex in cellaria sua. et mihi uinibus destitutum acerrima iussione molentanti pondere simponere studueris, uerum tamen, ut affatus sum, perpendens, quod tuis me obsecundare oportebat imperiis. memorans illius dominici p̄ceptis quo ait: qui uos audit, me audit. et celera. diu multumque dubitans uirium mearum impossibilitate anxio animo trutinans, uelut nauta naufragus fluctuum procellis turbatus. tandem portum orationis pauens fateor petii, ut largitor rerum, unica spes, orbis dnis, uires